



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

85. Martha Christum excipit in domum suam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Matthæus S. Marcus,

S. Lucas,

S. Iohannes.

seipsum, dixit ad Iesum, Et quis est me<sup>9</sup>  
 pximus? Suscipiēs aut̄ Iesus, dixit, Ho-  
 mo quidā descēdebat ab Ierusalē in Ieri-  
 cho, & incidit in latrones, q̄ etiā despo-  
 liauerūt eū: & plagis impositis abierūt,  
 semiuiuo relicto. Accidit aut̄ vsacerdos  
 quidā descenderet eadē via: & viso illo  
 præteriuit. Similiter & Leuita, cū esset  
 secus locū, & videret eū, præteriuit. Sama-  
 ritanus aut̄ quidā iter faciēs, venit secus  
 eū: & vidēs eū, misericordia motus est.  
 Et appiās alligauit vulnera eius, infū-  
 dēs oleū & vinū: & imponēs illū in iu-  
 mētū suū, duxit in stabulū, & curā eius  
 egit. Et altera die, protulit duos denarios,  
 & dedit stabulatio, & ait, Curā illius ha-  
 be: & quodcunq; supererogaueris, ego  
 cū rediero reddā tibi. Quis horū triū vi-  
 detur tibi pximus fuisse illi q̄ incidit in  
 latrones? At ille dixit, Qui fecit miseri-  
 cordiam in illum. Et ait illi Iesus, Vade,  
 & tu fac similiter. \* 85.

CAP. 85. Martha Christum excipit in domum suam. Luc. 10. \* 84.

S. Matthæus S. Marcus,

S. Lucas,

S. Iohannes.

**F**ACTū est aut̄ dū irēt, & ipse intrauit in  
 quoddā castellū: & mulier quædam  
 Martha nomine, excepit illū in domum  
 suā, & huic erat soror nomine Maria. quæ  
 etiā sedēs secus pedes Dñi, audiebat ver-  
 bum illius. Martha aut̄ satagebat circa  
 frequēs ministeriū, q̄ stetit & ait, Dñe,  
 nō est tibi curæ quod soror mea reliquit  
 me solā ministrare? dic ergo illi, vt me  
 adiuuet. Et respōdens dixit illi Domi-  
 nus, Martha, Martha, sollicita es, & tur-  
 baris erga plurima. Porro vnum est ne-  
 cessarium. Maria optimam partem ele-  
 git, quæ non auferetur ab ea. \* 86.

S. Mattheus S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

ET Factum est : cum esset in quodam loco orans, ut cessavit, dixit vnusex discipulis eius ad eum. Domine, doce nos orare, sicut docuit & Iohannes discipulos suos. Et ait illis, Cum oratis, dicite, Pater, sanctificetur nomē tuū. Adueniat regnū tuū, panē nostrū quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis peccata nostra, siquidē & ipsi dimittim⁹ omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. Et ait ad illos, Quis vestrum habebit amicū, & ibit ad illū media nocte, & dicet illi, Amice, comoda mihi tres panes, quoniā amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponā ante illū : & ille deintus respōdēs dicat, Noli mihi molestus esse, iā ostium clausum est, & pueri mei mecū sunt in cubili: non possum surgere & dare tibi. Et si ille perseverauerit pulsans: dico vobis, etsi non dabit illi surgens eō quod amicus eius sit, propter improbitatē tamē eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui querit, inuenit, & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum: nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, non stis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester de cælo dabit spiritū bonū petentibus se? \* 49.

Q Cap.